

Sequuntur

GRATULATORIA AMICORUM CARMINA,

Ad

REVERENDUM ET EXCELLEN-

TISS. VIRUM, DN.

POLYCARPVM LYSERVM,

S. S. THEOLOGICÆ DOCTOREM, &c.

Nunc Superintendentem declaratum,

partim in ipso investituræ actu ad aram,

partim domi oblata.



*Lare Vir, officium quonam tibi gratuler
ore?*

Quo te siderei gratia donat Heri;

Dum credit tibi Pastor oves, oviumq; magistros,

Qui proprias proprio sanguine fecit oves.

Faxit is, ut nostro fias Polycarpus ovili

Hoc unum, video quod superesse, precor.

Dn. Affini suo

fac. Lipsi.

Johannes Zeidler, Med. D.

Prof. Publ. & p. t. Rector.

TE Polycarpe virum videt ex re nomen habere

Lipsia, fructiferis dotibus auctatus.

Nam *Superintendens* animas sacra pulpita templi,

Munia Theiologus *prima* Professor obis,

Judi-